



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Capvt LXIII.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

**D**icebant quidam patrum de abbate Leontio Cilice quod in obsequio Domine nostrae S. Dei genitricis fuerit feruentissimus, ac per XL. annos nunquam de illius templo recesserit. Erat autem semper mirae grauitatis, & sibi iugiter intendens.

**D**icebant & hoc de illo quod si vidisset pauperem venientem ad se, siquidem ille esset caecus, per manum illi porrigebat elemosynam, si autem videns, ponebat ante illum, aut in columnae basi, aut in scamno, aut in sanctuarii gradibus, atque inde illam tollebat pauper. Interrogatus autem a senes: Quare, pater, per manus non das elemosynas? respondit: Ignosce mihi, pater: neque enim ego sum qui illam praebco, sed 2 Domina mea S. Dei genitrix, quae & me, & illos nutrit.

*Nota in, qui dicit antiquos monachos gyronagos fuisse, et non vos cella perpetua 2 Si S. Dei Genitrix seruietes sibi, et pauperes nutrit, viuit etiam post corporis mortem.*

Vita Abbatis Stephani monasterij Aeliotarum Presb.

## CAPVT LXII.

**N**arrauit nobis vnus, ex senibus de Abbate Stephano presbytero monasterij Aeliotarum, quod cum sederet in cella sua, immisit illi cogitationes daemon dicens: Recede, nihil enim hic proficis. Senex autem dicebat demoni: Non audio te. Scio enim quis es. Ferre non potes, ut aliquis saluetur. Sed Christus filius Dei viui ipse te conteret.

*considera quod monachus, qui in solum deserit, diabolo rem gratam facit*

## CAPVT LXIII.

**D**icebant de eodem Abbate Stephano, quod cum sederet, & legeret, venit iterum diabolus visibiliter, dixitque: ei Recede nihil enim hic proficis. Tunc

Tunc ille dæmoni: Si vis vt recedam, fac, vt id, in quo ego sedeo, ambulet. Sedebat autem in sella viminea. Quo audito, dæmon confestim sellam illam per totam cellam ambulare fecit. Senex autem aspiciens versutiam dæmonis, ait illi Nempe quoniam ita velox, & astutus es, nõ hinc recedo. Factaque ab eo oratione, dæmon cecidit.

*Exemplo sancti huius patris instruiur, non debet monachum à religione deficere.*

## C A P V T. LXIII.

**T**R E S senes venerunt ad Abbatem Stephanum presbyterum, & cum perseverarent loquentes de utilitate animæ, tacebat senior. Dicunt ei senes illi: Nihil nobis respondes, prater? Utilitatis gratia venimus ad te. Tunc ait illis: Ignoscite mihi. Vsque modò non animaduerti quid locuti sitis. Veruntamen quod habeo, hoc dico vobis. Ego die noctuque nihil aliud aspicio nisi Dominum nostrum Iesum Christum in ligno pendentem. Quod cum audissent, multum edificati recesserunt.

## C A P V T. XLV.

**A** B B A S Ioannes cognomento Molben narravit nobis de venerando sene isto beato Stephano presbytero, quòd cum aliquando iecur illius grauitè infirmaretur, ex qua infirmitate sancta illa anima migravit a corpore, coegerunt illum medici carnem manducare. Erat autem illi frater secularis quidam, sed valde religiosè, & secundum Deum viuens. Factum est autem, cum carnes comederet presbyter, superuenit frater eius secularis, vidensq; illum vellentem carnibus scandalizatus est, & valde contumacis.